

A. 998.

Arnoldus episcopus Halberstadensis ab imperatore Ottone tercio locum mansionis monasterii in Ilseneborch sedulis precibus impetravit . . . venerabilis Arnolfus Halberstadensis episcopus in castro Ilseneborch Deo fecit inhabitare servientes, nam monachos, quos eo tempore secundum ordinem Vuldensem [religiosiores invenit] congregavit . . .

A. 1015.

Thietmarus Merseburgensis episcopus claudit, qui de hiis, que in Saxonia per quatuor imperatores gesta sunt, videlicet Ottonem Magnum et filium eius Ottonem et tercium Ottonem et Hinricum secundum, et de aliis, que per alia regna parata sunt, satis honestum librum conscripsit.

A. 983.

Eodem tempore innumera multitudo Slavorum urbem que Calvo dicitur satis munitam et monasterium sancti Laurentii martiris in ea situm delevit sanctarumque monialium congregationem cum omnibus fugam inire compulere. Inde Mistoy dux Apodritorum ad urbem Hammaborch, ubi tunc sedes episcopalis erat, iter tendit, quam captam vastat et incendit.

Chr. Amelungs. p. 1081:

Eodem anno venerabilis Arnolfus episcopus Halberstadensis de castro Ilseneburch, quod ei Otto tertius imperator contulerat, fecit locum monachorum de coenobio Fuldensi.

Chr. Amlungs. p. 1083:

Tietmarus Merseburgensis episcopus claret, qui de eis, quae in Saxonia gesta sunt et alibi,

satis honestum edidit librum.

Chr. Amelungs. p. 1079:

Tunc et Sclavi urbem quae Calve dicitur delevit sanctarumque monialium congregationem ibidem fugam inire compulere. Inde urbem Hammaburg, ubi tunc sedes episcopalis erat, iidem incenderunt et vastaverunt.

Vergleicht man die letzte Nachricht mit dem oben mitgetheilten Wortlaut des Thietmar und Annalista Saxo¹, so erkennt man deutlich, dass der Chronist von Amelungsborn nicht aus diesen, sondern nur aus unseren Annalen geschöpft hat. Dass es aber die vollständigeren Aufzeichnungen und nicht etwa nur unsere Excerpte waren, welche dem Mönch von Amelungsborn vorlagen, geht daraus hervor, dass der

1) S. oben S. 39.